



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 42. Quæ in ista Persecutione secuta sint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Sæculum IV. num servaret, quem sæva persecutio fu-
A. C. 385. sum ibit. Cum deinde instarent, ut po-
 puli furorem cohiberet, respondit: *Meum
 quidem est, populum non concitare, at mi-
 tigare animos in solius Dei potestate. Si
 vero creditis, populum mea præsentia ad
 seditionem accendi, pœnas exigite, aut in
 desertum, quocunque libuerit, me mittite.*
 His auditis recesserunt. S. Ambrosius
 tota die in veteri Basilica permansit, ad
 noctem vero in domum suam dormitu-
 rus concessit, ut præsto esset, si adveni-
 rent, se comprehensuri.

§. XLII.

Quæ in ista persecutione secuta sint.

D. II. Antequam illucesceret, domo egressus
 est, & Basilicam milites cinxerunt,
 qui ad Imperatorem nuntios misisse di-
 cebantur, si exire vellet, neminem obli-
 turum, & si ad Conventum Catholicor-
 um iret, præsidio se futuros, alias vero
 ad illum, in quo Ambrosius esset, transi-
 turos. Nempe milites omnes, sicut &
 cives Mediolanenses, Catholici erant;
 nulli hæretici, nisi pauci Imperatoris au-
 lici, & Gothorum ex Gente aliqui; Im-
 peratrix vero, quocunque iret, commu-
 nionis suæ homines secum trahebat, quo-
 rum nullus tunc præsentis periculo aude-
 bat prodire. S. Ambrosius ex populi ge-
 mitibus cognovit, Basilicam, in qua esset,
 a mai

a militibus circumdari. Dum lectiones recitantur, S. Ambrosio referunt, etiam Basilicam novam populo redundare, majorem videri Fidelium numerum, quam aliis temporibus soleret, quibus Ecclesias adire liberum fuisset, eosque petere, ut Lector sibi submitteretur. Milites, Ecclesiam circumstantes ubi erat Ambrosius, comperto, quod jussisset, ut omnes ab eorum Communionem abstinerent, in concionem ingredi cœpere; quibus visis mulieres perterritæ, unaque earum fuga se abripuit. At milites dicebant, ad orandum intrasse se, non pugnandum. Populus sæpius exclamabat modeste quidem, & constanter, ac si Imperator præsens esset, & loquentes audire posset: *Rogamus te, Auguste! non rebellamus, nec timemus quidquam, sed rogamus!* Ad S. Ambrosium vero dicebant, ut ad alteram Basilicam transfret, ubi a populo expectabatur.

Ipse tunc incepit explanare librum Job, qui, sicut illius temporis officium exigebat, fuerat prælectus. Usus iste hodieque in Ecclesia Græca observatur, in qua liber Job ad officium nocturnum per hebdomadam majorem legitur, nempe die Lunæ incipiunt, & die Veneris finiunt. S. Ambrosius hanc lectionem præsentis persecutionis circumstantiis accommodans, populi sui patientiam laudat,

Sæculum IV.
A. C. 385.

n. 14.

Trodium
impres. au.
1636.

n. 15.

Sæculum IV. dat, & cum Jobi patientia comparat. In-
 A. C. 385. ter suas quoque ærumnas, & hujus S. Pa-

triarchæ comparationem adornat, & in-
 quit: *Dæmon vos filios meos, solas nempe
 meas divitias, eripere mihi conatur! &
 quod eidem necdum in corpus meum sævi-
 re licuerit, inde forte est, quia Deus in-
 firmitatem meam cognoscit.*

n. 16. Uxori Job
 similem dicit Imperatricem, quæ se co-
 gere volebat ad tradendam Ecclesiam,
 & maledicendum Deo. Ejusdem perfe-
 cutionem Evæ Adamum tentanti, nequi-
 tiæ Jezabel, & Herodiadis exæquat. Ju-
 beor, inquit: *Basilicam concedere. Re-
 spondeo: Hanc concedere mihi non licet,
 tibi vero, Imperator, nocebit hanc accipe-
 re! Affirmant; omnia Imperatori licere,
 ipsi in omnia Dominium competere. Re-
 spondeo: Ne usque adeo te ipsum fallas!
 tuo damno credideris, tibi, quia Impera-
 tor es, jus quodquam in res divinas con-
 venire! dixerunt nomine Imperatoris:
 Oportet, ut & ego unam Basilicam ha-
 beam. Respondi: Nunquid oportet com-
 mercium tibi esse cum adultera? nempe
 cum Hæreticorum Ecclesia.* S. Ambrosio
 in hunc modum concionante, aliqui re-
 ferunt, Imperatoris parmas fuisse abla-
 tas, & Basilicam plenam esse populo, qui
 Ambrosii præsentiam exposceret. Quos-
 dam Presbyteros illuc misit, ipse vero
 ire noluit, & dixit: *Confido in Jesu Chri-
 sto*

n. 17. 18. *Ju-
 beor, inquit: Basilicam concedere. Re-
 spondeo: Hanc concedere mihi non licet,
 tibi vero, Imperator, nocebit hanc accipe-
 re! Affirmant; omnia Imperatori licere,
 ipsi in omnia Dominium competere. Re-
 spondeo: Ne usque adeo te ipsum fallas!
 tuo damno credideris, tibi, quia Impera-
 tor es, jus quodquam in res divinas con-
 venire! dixerunt nomine Imperatoris:*

Persecutio
 Mediolani.

*Oportet, ut & ego unam Basilicam ha-
 beam. Respondi: Nunquid oportet com-
 mercium tibi esse cum adultera? nempe
 cum Hæreticorum Ecclesia.* S. Ambrosio
 in hunc modum concionante, aliqui re-
 ferunt, Imperatoris parmas fuisse abla-
 tas, & Basilicam plenam esse populo, qui
 Ambrosii præsentiam exposceret. Quos-
 dam Presbyteros illuc misit, ipse vero
 ire noluit, & dixit: *Confido in Jesu Chri-
 sto*

n. 20.

sto fore, ut Imperator nobiscum stet. Tum orationem ad rem, quæ nunc referebatur, convertens, sermonem ita profecutus est: *quam profunda sunt S. Spiritus oracula! meministis, fratres mei! quo dolore responderimus ad illa verba hodie mane prælecta: Domine! venerunt Gentes in hæreditatem tuam! venerunt Gothi, alique alienigenæ armati, Basilicam cinxerunt, sed venerunt Gentiles, & facti sunt Christiani; venerunt, ut hæreditatem invaderent, & in Dei cohæredes mutati sunt. Defensores habeo illos, quos inimicos putabam.*

Ep. 78.

Adhuc agebat Deo gratias ob felicissimam mutationem, admirans, quam cito Imperatoris animus militum amore, Comitum rogatu, & populi precibus fuisset mitigatus, cum monetur, missum adesse ab Imperatore Scribam, qui mandata afferret; tum aliquantum secessit, aitque ad eum Notarius: *Quomodo ausus es, contra Imperatoris mandatum agere? S. Ambrosius respondit: nescio quodnam hoc mandatum sit, aut cuius rei incuser? Notarius dixit: quare Presbyteros misisti ad Basilicam? si tyrannus es, fac ut sciam, & arma contra te in defensionem meam expediam? S. Ambrosius: nihil egi, quod plus justo Ecclesiæ tribuat. Ubi comperi, Basilicam a militibus cinctam, ingemiscere contentus, cum plures hortaven-*

n. 22.

Ccc 4 tur,

Sæculum IV. tur, ut illuc irem, dixi: nec Basilicam
 A. C. 385. tradere possum, nec me præliari oportet!

¶ 23.

ubi rescivi, ablata fuisse vela, quamvis a populo peterer, Presbyteros nisi, ipse non ivi, sperans, Imperatorem ex parte nostra futurum. Si tibi hoc videtur esse Tyrannus, cur moraris, me percutere, nulla sunt mihi arma, nisi sola potestas vitam meam periculo exponendi. In Lege veteri Sacerdotes Regna dabant, & sibi non accipiebant; hodie dicentes audias, Imperatores magis ambire Sacerdotium, quam Sacerdotes Imperium. Sane Maximus Tyrannum me non appellat, sed auditur con-

¶ 24.

queri, Legatione, quam suscepi, effectum, ne in Italiam arma verteret. Catholici totam diem tristes transegere, nisi quod pueri colludentes Imperatoris insignia laceraverint; hæc erant vela, seu vexilla, quibus Imperatoris imago exhibebatur, in signum ipsius Domini, ubicunque

v. l. 2. Cod. ut
 nemo priv.
 l. II. tit. 16.
 Greg. IV.
 ep. 33.

appenderentur. At S. Ambrosius, militibus Basilicam circumstantibus, domum se conferre non potuit. Psalmos recitavit cum fratribus in parva Ecclesiæ Basilica, id est, verosimiliter noctem orantes perdurarunt in quodam oratorio, quod in eadem majori Ecclesia continebatur. Nam Ecclesiis juncta erant alia ædificia, conclavia, triclinia, balnea, porticus; unde intelligimus, quomodo populus integros dies, noctesque ibi permanse-

leg. 4. c. Th.
 de his qui ad
 Eccles. l. IX.

manferit. Loca erant, ubi decenter co-
medere, aut dormire poterant.

Sæculum IV
A. C. 385.

Altera die, quæ erat Cœna Domini,
lectus est de more liber Jonæ, quem Ec-
clesia adhucdum, sed tantum Sabbato
Sancto legit. Lectione finita S. Ambro-
sius concionem exorsus est his verbis:
Lectus est liber, fratres mei! in quo præ-
dicitur, peccatores pœnitentiam esse actu-
ros. Ad hæc verba populus spem bonam
concepit, quod ipse auguraretur, statim
eventurum. Dum S. Ambrosius oratio-
nem profequitur, adveniunt, nuntian-
tes, jussu Imperatoris milites a Basilica
recessisse, & multas a mercatoribus ex-
pressas, iisdem fuisse restitutas. His au-
ditis populi lætitia in plausus, & gratia-
rum actiones erupit; gaudebat quoque,
id accidere illa die, qua Ecclesia pœni-
tentibus absolutionem concedit. Viri
etiam militares hæc nuntiare festinabant,
& altaria complexi, in signum pacis os-
culabantur.

c. 25.

S. Ambro-
sius.

n. 26.

S. Ambrosius hæc omnia, sicut tunc
contigerant, Sorori suæ, Sanctæ Marcel-
linæ, Romæ existenti, perscripsit, quæ ubi
de persecutionis initio audiverat, sæpe,
& maxima sollicitudine, quæ agerentur,
scire expetebat. In fine hujus narratio-
nis adjungit; prævidere se graviores mo-
tus; *namque, inquit: cum Comites Impe-*
ratorem rogarent, ut in Ecclesiam se con-
ferret,

n. 1.

n. 27.

Ccc 5

ferret,

Sæculum IV. *ferret, respondit: nempe, ut si imperet*
A. C. 385.

Ambrosius, me pedibus, manibusque ligatum, inimicis meis tradatis! deinde addit: Eunuclus Calligonus, Cubiculariorum Præfectus, ad me misit, qui diceret: Valentinianum spernere audes, me vivo? quieti caput non dabo, antequam tibi cervices fregerim. Respondi: faxit Deus! ut quod minaris, etiam effectum præstes! ego quidem, ut Episcopus sancta morte defungar; tu vero facies, quod infamem Eunuclum decet. Haud multo post hæc Calligonus, nefandi criminis reus, & convictus, capite plexus est.

Aug. VI. cont. Jul. c. 14. n. 41.

§. XLIII.

Lex Arianis favens.

Ruff. II. c. 16. Soz. VII. c. 13. **J**ustina Imperatrix ob populi motus in S. Ambrosium exacerbator, filio suo Valentiniano persuasit, ut legem conderet, vi cujus Arianis, auctoritate publicamuniti, conventus agere possent. Benevolus, Libellis Præfectus, id est, illorum primus, qui a secretis erant, hanc legem concipere recusavit, quia erat ab unguiculis Religioni Catholicæ addictissimus, quamvis necdum baptizatus. Novam ei, & majorem Dignitatem promissere, si obediret; sed magno animo respondit: *hanc potius, quam possideo, dignitatem auferte, & fidei integritatem relinquite!* simul ante Imperatricis pedes cingu-

Gaudent. Præf.